

in epistolam II ad Timotheum III

TCapitulum quartū.
Estificor coram deo et ihesu xpo qui iudicatur est viuos et mortuos: et per aduentū ipsius et regnū eius, predica verbum: insta oportune: impotune: argue: obsecra increpa in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebūt: sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus. et a veritate quidem auditum auertent. ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labora: opus fac euangeliste: ministeriu tuum imple: sobrius esto.

Primitus periculis temporis nouissimus et ydoneitate tymothei ag resistendū: hic ostēdit quomodo resistat. Et primo ponit monitio. Secundū eius ne cessitas ibi. Erit enim rc. Item primo ponit eius cōtestatio. Secundū ad monitio ibi. Predica verbū rc. In cōtestatio sunt duo consideranda. scz corā quibus contestet et per quē. Con testat autem corā duobus. scz corā eo qui est nostra beatitudo. et corā eo qui nos in beatitudinē introducit. Beatitudo autē nostra deus est. ps. Beata gens cui⁹ est dominus deus eius rc. Et ideo dicit. Corā deo. id est testē induco deū q̄ hanc monitionē faciam. Hic enim testis non decipit. 2. corinth. 1. Ego autē deū testem inuoco in animā meā rc. Et xpo cuius est introducere in beatitudinē. Rom. 1. Per quē et accessum habemus per fidē in gratiā istam rc. Et corporaliter introducebit quidem. quia ip̄e iudicatur est viuos. et tūc viuos dicit illos qui viui repenter in aduentū eius qui morientur quidem: sed quia in modo tempore resurgent dicunt viui. 1. thef. 4. Nos qui viuim⁹ qui residui sumus in aduentū domini nō preuenient eos qui dormierint rc. Tel viuos dicit bonos. scz qui viuunt vita gratie. 1. Joh. 3. Qui non diligit maner in morte rc. Et hos etiā iudicat. Act. 10. Ip̄e est qui cōstitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. Sed cum xps sit deus quomō utile hic copula coraz deo et xpo. Respondeo: potest dici q̄ dicit coram deo scz patre et xpo. Id est filio. Pater est et fons diuinitatis. et contestat per duo desiderabilia sanctis, primū est aduentus xpi. Luce. 12. Similes hominis expectatiib⁹ domini nū sui quando reuertat a nuptijs rc. Apoca. vlti. Venit dñe ieu. Secundū est regnū eius. Matb. 6. Adueniat regnū tuū. Regnat quidem scōm potestate super omnē creaturā. Matb. vlti. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Sed spiritualiter in sanctis regnat in presenti per gratiā et in futuro per gloriā. Qui sancti non sunt de hoc mundo. Joh. 18. Regnū meū non est de hoc mundo rc. Sed hoc regnū hic inchoat: sed in futuro cōsumabili quādū omnia regna et subiectū et voluntū et no lenia. ps. Donec pōna inimicos tuos rc. Consequēter cū dicit. Predica verbū rc. ponit monitio. et hoc ut instet doctrine que est duplex. Una ad omnes quā ponit primo. Alia ad aliquos: et hāc ponit secundo. ibi. Argue rc. Item primo monet eū ad generalē doctrinā exequendam. Secundo docet modū. Dicit ergo. Predica verbū rc. scz euangeliū. Marci vlti. Euntes in mundū predicate euangeliū omni creature rc. In predicatione duo suū scz denunciatio veritatis. instructio ad mores. Et hec duo debet p̄dicatoz facere. Luce vlti. Incipiens a moy se et omnibus pphetus interpretabat illis in oībus seriz

pturis rc. Modus est cū instantia et continuatiōe. Unde dicit. Insta oportune. impotune. 2. corinth. 11. Instantia mea quotidiana rc. Sed dicit. Impotune. Cōtra. Ecl. 20. Ex ore satui reprobabil parabola. non enī dicit illam in tempore suo. Item Proverb. 15. Sermo oportunus optimus est. Dicendi est: q̄ p̄dicatoz scōm veritatē semper debet p̄dicare oportune. sed scōm existimationē falsam audientia debet p̄dicare impotune: quia p̄dicatoz veritatis semper est bonis oportenus. malis semper impotenus est. Jo. 8. Qui ex deo est verba dei audit. ppter ea vos nō auditis: quia ex deo non esitis. Ecl. 6. Quā alp̄era est nūmī sapientia indecis hominib⁹ rc. Si homo enī vellet hāc seruare oportunitatē ut diceret his qui volūt audire p̄dederet tantū iustiō: sed oportet q̄ aliquā etiā p̄diceret malis ut cōuerterant. Et ad hoc addit impotune. Eate. 58. Clama ne cesses rc. Consequēter cum dicit. Argue rc. ponit doctrinā in speciali quā primo ponit. Secundo modū ibi In omni patientia rc. Instituens autē aliquā specialiter potest cū instituire. Ut de pertinētibus ad fidem. putat ut doceat veritatē et remoueat errorē. Et quantū ad hoc paup̄iū dicit. Argue scz errores. Lyc. 2. Argue cū omni imperio. Ut de pertinētibus ad bonos mores et ad hoc debet inducere aliquādō bonū et superiorē. et rūc debet placide et benigne monere. Unde dicit. Obsecra. 2. xv mōrb. 4. Seniorē ne increpauerit: sed obsecra ut patrē Gal. 6. Vos qui spiritales esitis huīsmodi instruite in spiritu lenitatis. Et specialiter si non peccat et malitia. Si autē instituit malū debet cum increpare. Lyc. 1. Ob quam causam increpa illos dure ut lani sint in fide rc. Job. 5. Interrogationē domini ne reprobēt rc. Sed quis modus: In omni patientia ne iratus appareas et ex ira irrituas. sed tranquille. Proverb. 19. Doctrina viri per patientiā noscit rc. ps. Bene patientes erūt ut annūciant. Item doctrina. scz de his que ad fidēz et in his que ad mores. Jere. 3. Pascent vos in scientia et doctrina. Deinde cū dicit. Erit enim rc. ostēdit necessitatē mos nūtioñis premisse. Est autē triplex necessitas predictorū. Et prima ex parte audiētū. Secunda ex parte tymothei ibi. Tu vero rc. Tertia ex parte apostoli ibi. Ego enim iam rc. Circa prīmū duo facit. quia primo pponit necessitatē. Secundo exponit vīcum suū ibi. Et a veritate rc. Necessitas prima est auditōz perueritas in audiendo. ut vitia nōlūt audire sed curiosa. Dicit ergo quantū ad prīmū. Insta dum nōlūt audire sanā doctrinā. Nam erit tēpūs quādū erunt mali doctores. Actuū. 20. Ego scio quoniam lupi rapaces intrabūt in vos post discussionē meam rc. Unde dicit. Non sustinebūt. id est erit eis odiofa vera doctrina. scz xpi. Proverb. 8. Iusti sunt omnes sermones mei. nō est in eis prauū quid neq̄ peruerluz rc. Ultia perueritas: quia volūt inordinate audire curiosas et noxias. Proverb. 1. Usquequo paruuli diligite in fāntiā. et stulti ea que sunt sibi noxia cupiēt et imprudentes odibūt scientiam. Ideo dicit. Sed ad sua desideria coaceruabunt. id est multiplicabitur rc. Contra quos dicitur Jacobi. 3. Molite plures magistri fieri fratres mei scientes quoniam maius iudiciū sumitis. Et est coaceruatio quādū indigni et insufficiētē multiplicant. et magis coaceruatio est si sicut quattuor indigni et si centum boni. quia ut habet Sapi. 6. Multitudō sapientū sanitas est orbis terrarū rc. Eate. 30. Loquimini nobis placentia. Et hoc est scōm sua desideria. quia vnus vult audire vnu. aliud aliuz. et sic querunt diuersos magistros. Et dicit. Purientes auribus. scz auditores. Purituz dicit habere in pedibus qui nō vult quiescere. In auribus vero qui semper audire vult nouā inaudita et curio-

Explanatio sancti Thome

sa et quādoq; noria. Actu. 17. Athenienses ad n̄shil aliud vacabant nisi aut discere aut audire aliquid noui. Et ideo multiplicat doctrina heretica Proverb. 19. Quae furtive dulciores sunt et panis absconditus suauior re. Consequenter cū dicit. Et in veritate re. exponit dictū primo exponit quod dixerat q; sanaz doctrinā non sustinet cū dicit. A veritate re. Sana doctrina est quādo non habet admixtā falsitatē. Ergo sanam doctrinā non sustinet dum veritatē nolunt audire. See. 4. Non est veritas et nō est misericordia et nō est scientia in terra re. Jo. 8. Si veritatē dico vobis: q̄re nō creditis mihi? re. Secundo q̄ dixerat coaceruabūt re. exponit cū dicit. Ad fabulas autē convertent. Fabula est composita ex miris in quibus deficit veritas. Et talia homines habentes in auribus pruritū volunt audire. 1. tymoth. 4. Inepitas et inanies fabulas deuita re. Deinde cū dicit. Tu do re. ponit necessitas ex parte tymothei cui erat officiū cōnūlū: ideo ne celsariū erat q̄ predicaret. Et p̄io monet eum ad sollicitudinē. Secundo inducit eum ad laborem. Tertio moderat labores. Dicit ergo. Tu vero re. Quasi dicar. Iste sic faciūt. Tu vero re. Math. 24. Vigilate quia necessitas qua hora dñs vester venturus sit et Luce. 2. Et pastores erāt in regione eadē vigilantes et custodiētes vigilias noctis supra gregē suū re. Bo. 12. Qui preēt in sollicitudine. Sed quia sollicitudo sine labore inanis est. ideo primo iudicat ut vniuersaliter laborandū. Sc̄o determinat in quo est laborandū. Tertio laborandū necessitatē. Dicit ergo. Vigila et sic q; alii quid facias. et ide labora. Sap. 3^o. Bonor labor glōriosus est fructus re. Et hoc in oībus. id est in omni genere homini. Eta. 32. Beati qui feminatis super omnes aquas re. Marci vlti. Predicato euangelij omni creaturē. Unde mor determinat in quo est laborandū dicitur Opus fac euangeliste. id est euangeliza. Hoc em est noble opus: quia ad hoc xps est missus. Luce. 4. Alijs ci uitatibus oportet me euāgelize quia ideo missus sum Esa. 41. Namus ad syon dicet. Ecce adsum et blessem euagelistā dabo. Euagelista autē dicitur aliqui qui scriptis euangelio. et sic sunt quatuor. quinq; qui predicat spm. et sic dicit hic. et Ephes. 4. Meccellitas aut huius la bozis q; est ministeriū tuū. et ideo tibi cōmūlū impler; sez predicāto. Col. 4. Dicite archippo. vide ministeriū quod accepisti in dño ut illud impleas. Ille autē implet officiū euangeliste qui verbo predicas et opere implet. Actu. 1. Lepit iesus facere et vocere. Consequenter inducit ad moderantia vicens: Sobrius esto. vel sobrietate corporali que deceat p̄dicatorē. Ebrietas em est inimica sapientie. Ecl. 2. Cogitauit abstrahere a vino carnē mē. Vel potius sobrietas ponit hic p̄ discretionē Actu. 26. Verba sobrietatis et veritatis eloquor. 1. petri. 5^o. Sos bris estote re.

Lectio secunda.
Ego enim iam delibor: et tempus re solutionis mee instat. Bonum certamen certauit: cursum consumauit: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iusticie: quam reddet mihi domin⁹ in illa die iustus iudex. Non solum autē mihi: sed et his qui diligunt aduentū eius. Supra monuit eū ut instaret doctrine. et hoc propter abundantes et propter ipm tymothei: hic inducit tertiam necessitatē ex parte apostoli. et est quia in brevi erat subtrahendus de inūdo. Et primo prenūciat suaz mortē immi-

nere. Secundo mandat q̄ visitet eū ibi. Festina re. Circa primū duo facit. Primo designatur instantia mortis eius. Secundo securitas morietis ibi. Bonū certamē re. Circa primū duo facit. q̄r primo nūciat passiones q̄s patiebāt. Sc̄o p̄dicit mortē que ex peccabāt ibi. Et t̄pus mee re. Quantū ad primū dicit. Eḡo enī re. quasi dicat Statim ego delibor. Sanctoz autē passio dicit̄ imolatio. Phil. 2. H̄z et si imoloz fug sacrificiū et obsequiū fidei vestre gaudeo re. ps. Ibi sacrificabo hostiā laudis. s. p̄ te partiendo. Antiquus in sacrificiis que ex humidis offerebāt quedā fiebant pregustatiōes. et he vocabant delibatiōes. Rom. 11^o. Q̄ si delibatio sancta est et massa re. Et ideo vocat passiones imminentes delibatiōes. Et quāuis iam diu sin̄ has expertus tempus tamē resolutiōis mee instat. Est autē duplex resolutio. sez a corpore Ecl. vlt. Et reverent p̄lūus in terraz suam unde erat. et sp̄us redeat ad deuz qui dedit illū. Item est resolutio corporis in puluerē. Hebr. 3. P̄lūus es et in puluerē reverteris. Deinde cum dicit. Bonū re. ostendit securitatem sue mortis. Sed sciendū est q̄ est differentia inter mortē iusti et peccatoris. quia ut dicit Proverb. 11^o. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. Quia em̄ spem habet in istis rebus trāitoris. ideo spem nō habet in eternis. Sed iustus habet spem in eternis et nō in terrenis. Primo ergo ponit meritū sue securitatis. Secundo securitatem de premio. ibi. In reliquo re. Meritū huius vite est in tribus. sez In resistēdo malis. In p̄ficiendo in bonis. In bene vīcō dei dei. Bonū dicit quoddā certamen. Sed certamen dicit bonū: primo s̄ sit pro bonis pura s̄ sit pro fide et iusticia sicut apostoli. Jude. 1. De cōmuni vētra salute necesse habui scribere vobis deprecātūs sup̄certari semel traditē sanctis fidei. Ecl. 4. Pro iustitia agonizare p̄ anima tua et v̄sc̄ ad mortē certa p̄ iusticia. Secunda ppter modū certaminis: s̄ se sollicite et legittime certek̄ supra. 2^o. Nō coronabit nisi qui legitime certauerit. 1. corinth. 9. Sic pugno nō quasi aere verbēras sed castigo corpus mē re. Tertio ppter difficultatē certaminis Sap. 10. Et certamen fore dedit illā vīcō vinceret re. et proficiō in bonis quod est. Sed notat cursum. 1. corinth. 9. Sic currite ut cōprehendatis re. Et dicit cursus pfectus sanctoz: quia cū festinationē currūt ut meliorantes cōlūnt agitari stimulis charitas. Heb. 4. Festinamus ergo ingredi in illā requiē re. ps. Eliam mandatoꝝ tuꝝ cucurri. Sed adhuc certamē et cursus mortis restabat ergo nō consumauerat cursum nō certauerat. Dicendū est: q̄ sic homo qui bene incipit et intendit finire habet perfecte. sic et apostol⁹ iaz em̄ incepit et finire intendebat. Bonus vīsus donorum dei est duplex. sez cōseruatio fidei. et ideo dicit. Fidē seruauit quod facit qui vīt̄ donis dei ad glorīa dei et salutē proximoz. Math. 2. 4. quis putas est fidelis seruus et prudens quē constituit domin⁹ super familiā suā? re. 1. tymoth. 1^o. Fidelis me existimauit ponens in ministerio re. vel seruaui in me virtutē fidei. Rom. 14. Om̄ne quod nō est ex fide peccatum est re. propter qđ. Mat. 10. Estote prudentes sicut serpētes. id est custodite fidē tanq; caput et fundamentū virtutū. Deinde cū dicit. In reliquo re. ponit spes de premio quod primo ponit. Secundo ostendit datorē eius. ibi. Quām fedet re. Tertio ponit participes premij ibi. Qui diligūt re. dicit ergo. Ex quo pugnauit et cursum consumauit: nō restat nisi q̄ coronari. Corona iusticie vīcīt quam deus ex sua iusticia reddet. Sed contra: quia vita eterna ex gratia dat. Romān. 6. Gratia dei vita eterna. et cap. 8. Nō sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriam re. Non ergo ex iusticia. Belpōdeo. Dicendū est

in epistolam II ad Timotheum III

¶ est ibi gratia quantū ad radicem merendi. iusticia quā tum ad actū qui procedit ex voluntate. vel corona que datur ex iusticia: quia datur iustis sed in opera iusta. **Esaie.** 3. **Dicite iusto quoniam bene quoniam fructum adiunctionum suarū comedet re. **Hec corona duplex est. que tam principalis. quedā secundaria.** **Prima** est premiū essentiale que nibil est aliud & gaudium de veritate. **Esa.** 28. **In illo die erit domin⁹ exercitus corona glorie & serum exultationis residuo populi sui re. Deus est ergo corona nostra.** **Secunda** est corona que debetur specialibus operibus & hec est aureola. & una debet martyribus. supra. 2. **Non coronabit nisi qui legittime certauerit re. & ad hoc est quod dicit. Bonū certamen certa. Alia debetur virginib⁹.** **Sapien.** 4. **In perpetuū coronata trūphat incōquinatoꝝ certaminis premiū vincens re.** **Et ad hoc est. Cursus consumauit.** **Apocal.** 14°. **Si sequuntur agnū re.** **Tertia** est doctor⁹. **Proverb.** 4. **Dabit capitū tuo augmenta gratiarū & corona inclita proteget te.** **Et ad hoc dicit. Fidez seruauit.** **Et dicit reposita. I.** **Enī eternā predestinationē reseruata.** **supra. 1.** **Scio cui credidi & certus sum: quia potens est depositū mei seruare in illū die.** **¶ Dator huius est deus.** ideo dicit quā redet mihi dominus. sc̄e per suā iusticiam in illa die. **Naz** hec est corona glorie. et hec est duplex. sc̄e anime: & hec reddit sanctis in illa die. id est in morte. **Unde** hic dicit **Tempus meū resolutiōis instat.** 2°. **corinth. 5.** **Si ter restris domus nostra hui⁹ habitatiōis dissoluat & edificationē habemus ex deo re.** **Alia** est corporis: & hec redetur in illa die sc̄e iudicij. 1°. **corinth. 15°.** **Seminat in ignobilitate re.** **Participes hui⁹ sunt ories sancti.** **Unde** dicit. **Non solū re. sc̄e reponit.** **Apocal.** vlti. **Veni de mine iefu.** **Canti.** 5. **Veniat dilectus meus in ortu suū** ut comedat fructū pomorum suorum re. **Qui non diligat deū nibil habent: & diligant aduentū eius.** **Amos.** 5°. **De desideriis vniū diem dominī: quia corona solū charitati debetur.** **Job.** 14°. **Qui diligit me diliget a patre meo & ego diligam eū & manifestabo ei meipm.****

Lectio tertia.

Estina ad me venire cito. **Demas** enim me dereliquit diligens hoc se culuz & abiit thessaloniam: cresces in galatiam. tytus in dalmaciam. lucas est mecum solus. **A**barcum assume: & adduc tecum. est enim mihi utilis in ministerio. **Ty** chicū autem misi ephesum. **Pennula** quaz reliqui troade apud carpū veniens affer tecum: & libros maxime autem membranas. **A**lexander erarius multa mala mihi ostendit: reddet illi dominus scdm opera eius: quem & tu deuita. **Valde** enim restitit verbis nostris. **In** prima mea defensioē nemo mihi affuit: sed omnes me dereliquerunt. non illis imputetur. **Dominus** autē mihi astitit & confortauit me. vt per me predicatione impleatur. & audiant omnes gentes. et liberatus sum de ore leonis. **Liberavit** me dominus ab omni opere malo. & saluum faciet in regnū suum celeste. cui gloria in secula seculorum. amen. **Saluta prisca** & aquilam & onesiphori domuz. **E**rasmus remansit

corinthi. **trophimū autem reliqui infirmū mylethi.** **Rogat** visitari. **Et** primo vocat eū ad se. **Secundo** signis facit suū statum ibi. **Alexander** re. **Tertio** cocludit epistolā salutationē ibi. **Salutant te re.** **Item** primo mādat vt veniat. **Secundo** assignat ei sociū ibi. **Marcū** assūme re. **Tertio** ostendit quid deferat ibi. **Pennula** re. **Circa** primū duo facit. quia primo vocat eum. **Secundo** causam vocatiōis assignat ibi. **Demas** re. **Dicit** ergo. **Quia** in breui suz recessurus de mūdo: felina re. & hoc ut inuicē consolare & viuarent eum in predicatione euangelij: pro quo erat sollicitus in vinculis existens. **Proverb.** 18. **Frater** qui adiuuat a fratre quasi ciuitas firma. **Causa** vocatiōis est. quia societas debita erat destitutus. **Et** primo a quodā qui propter suam culpā recesserat. **Secundo** quia quodā miserat ad predicanduz. **Dicit** ergo. **Demas** em̄ re. i. **proposituit** amore hui⁹ secūli amor meo. 1°. **Joh.** 2°. **Si quis diligit mūdum nō est caritas patris in eo re.** **Crescens** quidā discipulus abiit in galariā missus ab apostolo. **Tytus** etiā missus ab eo abiit in dalmaciā. vbi finaliter dicit fuisse episcopus. **Job.** 38°. **Munquid mites fulgura & ibit?** **C** **L**ucas re. hunc retinuit in predicatione euangelij in qua fuit gratiosus. 2°. **corinth.** 8. **Quius laus est in euangelio per omnes ecclesiās.** **¶ Deinde** cū dicit. **Marcū** re. assignat ei sociū re. **Et** circa hoc duo facit. quia primo assignat ei sociū. **Secundo** huius rationē. hic marcus alio nomine dicit iohannes & cōsobrinus barnabe. **Act.** 15. **dicit** q̄ barnabas volebat assumere marcū: sed paulus nolebat. **Et** ppter hoc dissensio facta est inter eos ita ut discederet ab eis. **Col.** vlti. **Marcus** cōsobrinus barnabe. **Batio** est: quia est multipliciter utilis re. **Tyticum** re. **¶ Deinde** cū dicit. **Pennula** re. **Dicit** quid poterit carpus est sanctus quidā. **Pennula** scdm hieronymū erat volumen legis quod habebat in carta per modū rotuli. & hoc vocat pennula. vel pennula dicitur vestis aliqua. **¶ Sed** scdm criscōmū erat vestis cōmuni. **At** quia apostolus rome erat pauper nō accipiens ab alijs. ideo voluit vt vestis sibi portaretur. **Maymo** dicit q̄ erat specialis vestis in signū nobilitatis. vnde **Acriū.** 22. **Pau**lus dixi se ciuem romanū. **Pater** em̄ pauli seruierat romane in tharso elicie: & ex hoc factus fuit ciuis romanus. & pēnula erat vestis in signū consulis. **Et** forte pater suus erat ibi cōsul. vel pēnula dicit mantica vbi erāt libri quod videt quia sequit. **Et** libros. **Sed** quid apostoli de libris pleno spiritus sancto? **Item** instabat sua resolutio. **Respondeo.** **Dicendū** est q̄ propter duo. **¶ P**rimo vt in legēdo haberet solaciū. 1. **Wachā.** 12. **Habentes** folatio sanctos libros qui sunt in manib⁹ nostris re. **In** libris em̄ est remedium contra tribulatiōes. **Vel** dicte hoc ne perderent: sed remanerent fidelibus. **Item** quās tomagis appropinquabat morti tātomagis instabat servitio scripturarū sicut de ambroſio vīcī & vīcī ad ultimā egritudinē non cessauit scribere. **Unde** scribens illū psalmū. **Magnus** domin⁹ & laudabilis nimis re. mortuus est. **Membra** sūt carte nō scripte vel cedula vbi scriperat epistolās vel predicationēs suas. **¶ Deinde** cū dicit. **Alexander** re. ostendit que apud ipm fuerunt & q̄ apud ipm sunt. **Et** primo ex parte hominū. **Secundo** ex parte dei ibi. **Domin⁹** autē mihi astitit re. **Iterū** prima in duas. **Quia** primo significat ei de quodam qui ei aduersabat. **Secundo** de negligētia eoz qui eum non iuvabant. ibi. **In** prima mea re. **Item** primo premittit culpam inique impugnantis. **Secundo** ostendit penā eius futurā ibi. **Reddet** ei re. **Tertio** ostendit quomō sit etiā scdm ecclesiā puniēdus ibi. **Quē** & tu re. **Vide** q̄ hic